

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Sexta.

DE

DUARUM NATU-
RARUM IN CHRISTO UNIO-
ne generatim considerata.

Quam

Annunte *Γεωργίου*

SUB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S.S. Theol. D. & P. P.

In privato Collegio examinandam
proponit

M. JOHAN: JACOBUS WAGNER
Ulmensis Suevus.

Habebitur ad d. 13. Xbris, horis pomeridianis
in minori Auditorio.



WITTEBERGÆ,

Ex Officina JOHANNIS GORMANNI,

ANNO MDCCCXXI.

CHRISTOLOGIAS SACRAE

Disputatio sexta

DE

DIABOLICIS NATU-

RARUM IN CHRISTO

DE REVELATIONE CONSIDERATA

Summa

Apponente Jacobo Wagner

SUB TITULO

DR. BALTHASARIS MESSNERI

S. S. Theol. D. & P. R.

In privato Collegio exarsensibus

proponit

M. JOHANNES JACOBUS WAGNER

Ulmensis Sacerdos

Habebitur ab d. 13. Martii. horis pomeridianis



WITTENBERG

Ex Officina Johannis Gommanni

Anno 1731



THESIS I.



Illud in precedentibus congressibus, tam de λόγῳ Incarnatione, quam de Carnis Christi conceptione & Assumptione actum sit, ordinis ratio exigit, ut deinceps de utriusq; concursu hypostatico & unitione personali tractatio suscipatur.

Quatuor autem sunt, hanc in materiã necessario explicanda. 1. Vocabula. 2. Certamina, 3. remouendi modi falsi, & 4. indicandus verus; de primis duobus capitib. annexã hujus articuli generali probatione hanc disputatione agemus, ceterã duo ad sequentem annuente Γεαυθεωρα differentes.

III. Omnes autem termini hoc in loco occurrentes, & explicationis indigi, huic uni Thesi, quæ simul salvatoris nostri descriptio est, includi possunt: Jesus Christus est persona composita, ex duabus naturis invicem unitis. Dicendum igitur de nomine 1. Iesu. 2. Christi. 3. Personæ. 4. Unionis.

Caput I.
De Vocabulis.

IV. Nomen JESUS gloriosum, in Vet. Test. innuatum, Gen. 49, 18. Psal. 147. Psal. 98, 2. Esai. 52. Habac. 3, 18 in N. Test. prædictum Matth. 1, 21 in circumcissione Christo, Dei & Mariæ filio impostum Luc. 2. Verè nomen est supra omne nomen, circa quod cum multa consideratu digna sint nos brevitatis studio duo tantum eligemus.

De nomine JESU.

V. 1. Est notatio vocis. Communis est sed vera opinio, nomen Iesu origine Hebraeum esse & descendere à verbo יָשַׁע quod in Kal. quidem non est in usu, sed in Hiphil est $\text{יָשַׁעַת$ salvavit, vel salvum fecit, quam ipsam Etymologiam seqq. argumentis roboramus.

VI. 1. Est a testimonio Angeli, hebraicè loquentis. Math. 1. Sic enim ille ait: & vocabis nomen ejus Iesum; addens rationem nominis, ipse enim σῶσθαι salvum faciet populum suum à peccatis. Salvare autem hebraicè est יָשַׁע vi ergo linguae, & cognitionis literarum ab hac radice nomen Iesus descendere, cuius facile apparet.

VII. 2. Est ex typis. Christum praefigurarunt Iosua dux populi, & Iosua sacerdos magnus post captivitatem Babylonicam, Hagg. 1. 1. Zachar. 3, 1. ut autem praefigurarunt rebus sic & nominibus, eadem enim à יָשַׁע derivantur, omnibus fatentibus, quod praecipue patet ex Sirac. 46, 1. sicuti vero LXX. nomen Hebraeum verterunt Ἰησοῦς : ita nullum est dubium, quin Apostoli in descriptione nominis proprii Christi, ad imitationem illius versionis fecerint Ἰησοῦς graecum ex Hebraeo.

VIII. 3. A testimonijs Judaeorum, quae videntur apud Galat. & Serarium.

IX. Unde concludimus: Nomen Iesus, ab Hebraeo יְהוֹשֻׁעַ descendere, quod notat miseris, territis, omnique ope destitutis succurrere, verbisque & factis illos juvare.

X. Por-

X. Porro verbum istud plerunq; 3. terminos inclu-
dit. 1. à quo vel periculum. Judic. 8, 22. 1. Sam. 9,
16. 1. Reg. 23, 2. Psalm. 34, 7. 2. per quem vel
medium 3. ad quem vel ipsum auxilium, 1. Reg.
19, 17, Psalm. 51, 14. Esa. 45, 17. Jer. 17, 14. qui ter-
mini nomine Iesu quodammodo innuuntur. Ter-
minus namq; à quo sunt peccata, & horum sti-
pendia, à quibus Christum nos salvos facturum An-
gelus prædixit. Terminus per quem, fuit ipsius o-
bedientia, tum Activa, Roman. 5, 18. tum Passiva
Actor. 20, 28. Terminus ad quem est eterna salus
& beatitudo, Rom. 8, 30.

XI. Iesus ergò significat Salvatorem, qui ge-
nus humanum à peccatis, æternaque dam-
natione liberavit, & sua obedientia illi sa-
lutem sempiternam acquisivit. Græci dicunt
Σωτήρ à Σώζω. Germani ein Heyland vnd
Seligmacher. Latini Servatorem à servando,
vel melius Salvatorem à salvando, quia fatente Ci-
cerone vocabulo Salvatoris plus significatur, quàm
voce Servatoris: Servat enim is, qui ne salus amit-
tatur, aliquâ ratione præstat: Salvat & salutem
dat, qui amissam restituit, quod cum Christus fe-
cerit, rectius Salvatorem quàm Servatorem dici
cum Manutio & Chemnitio asserimus.

XII. Membrum 2. est propria nominis Iesu l. i. harmo.
Attributio, de qua tradunt Eruditi: nomen Iesus Evang. p.
soli Christo propriè convenire. Tres tamen cum 191. c. 9.
primis Scriptura Canonica V. T. numerat viros cele-

A 3

bres

bres, quibus hoc nomen ob similitudinem fuerit at-
tributum. 1. Iosua filius Nun. 2. Hoseas Prophe-
ta. 3. Iosua Sacerdos est qui omnes ut Christus à
nominis originem habuerunt, typiq; fuerunt tripli-
cis officij Christi, iste Regij, ille Prophetici, hic Sacer-
dotalis.

XIII. Quadruplicem verò differentiam inter hos
& Christum ponimus. 1. ab impositione, illo-
rum fuit humana, Christi verò Angelica & Divina,
2. à significatione, illi fuerunt typi, Christus ve-
rò verus salvator. 3. à beneficijs, illi fuerunt coe-
rpes temporales ac partiales, hic est universalis &
aeternus. & 4. ab autoritate, illi fuerunt mi-
nistri bonorum: hic verò ipse autor & dator omnij
boni, Dominusq; de caelo.

XIV. Unde & dicitur Salvator dicitur, 1. quia
solus salvat, Act. 4, Esay. 43, 2. quia ab omni malo
salvat, Matth. 1, 3. quia merito & efficacia salvat,
1. Johan. 2. & 4. quia perfectissime salvat, Rom. 4
hic Inchoative, Imputative, Effective, illic Con-
summative.

II. De no-
mine

Christi.

Chryso-
st.

Sup. c. 1. Ioh.

Bernhard.

in circum-

cision. Do-

min. Serm.

2. f. 87.

XV. Porro sicuti Iesus nomen Proprium, ita Chri-
stus usu Ecclesiastico cognomen est Redemptoris, non
sicut illud Hebraicum Iudaeis; ita & hoc
Graecum Gentib; salutem promittit.

XVI. Dicitur autem Christus non dicitur
quod est uti, ex quo errore Christus Chrestus,
Christiani Chrestiani vocati sunt, sicuti Iustino
placuit; nec à Chrismate ut quidam ex Schola-
sticis.

sticis volunt, sed à verbo $\chi\rho\iota\mu\alpha\tau\iota$, quod est un-
gor, à cuius prateriti, tertia persona nomen verba-
le $\chi\rho\iota\varsigma$ unctus, ein Gesalbter / heb. משׁיח
provenit.

XVII. Meminit verò scriptura quintuplicis unctio-
nis i. Nominamus Vulgarem & Physicam.,
estq; vel Personarum vel Rerum. Illa est vel Medi-
ca Tob. 6, 9. vel delitiosa Esth. 2, 12. Judith. 10,
3. c. 16, 10. vel Civilis Ruth. 3, 3. vel devota, Luc.
7, 38. vel exequialis, Gen. 50, 7. ii. Officialem,
qua triplex vel Sacerdotalis Exod. 30, 30. c. 40, 12.
Levit. 4, 3. vel Regia i. Sam. 9, 6. i. Reg. 1, 34.
c. 19, 17. Esa. 45, 1. vel Prophetica i. Reg. 19, 17.
iii. Spiritualem internam & fidelibus commu-
nem Psal. 105, 15. 2. Cor. 1, 21. i. Johan. 2, 20.
iv. Miraculosam Mar. 6, 13. Jac. 5, 14. v. Singu-
larem & planè divinam, à qua Redemptor no-
ster, $\chi\rho\iota\varsigma$ vel Unctus dicitur, quia per singula-
rem unctionem præ consortibus suis à Deo Patre Hebr. 1, 9.
oleo exultationis h. e. Spiritu Sancto vel largissimis
ejus donis eternam letitiam asserentibus in Pro-
phetam, Regem ac Sacerdotem nostrum constitu-
tus fuit.

XIII. Etsi verò nomen hoc Concretum est do-
cente Damasceno, unctio tamen ipsa non utramq;
sed tantum humanam naturam attinet. 1. quia
divinitas cum immutabilis sit, & altissima, nec
ungi, nec per unctionem exaltari potest. 2. quia
verbi natura consortes secundum se habere nequit.

III. De
Vocibus
in Philo-
sophia

A 4

secun-

secundum verò humanam naturam Christum fratres habere atque sic singulariter præ reliquis in ea unctum esse nequaquam, quispiam dubitavit eorum, qui rectè sapere sunt consueti, inquit Damascenus.

l. 4. de
Orth. fid.
c. 6.

XIX. Differt autem unctio Christi à nostrâ quintupliciter. 1. Donorum gr̄ia quantitate & qualitate: Christi sunt infinita, & immensa; nostra autem finita & dimensa. 2. Dependentiâ, nostra dependet ab unctioe Christi; non contra, Joh. 1, 16. 3. Origine & Tempore. Christi facta est in primo conceptionis momento: nostra fit demùm post natiuitatem, vel etiam adultâ etate (in iis qui extra Ecclesiam nascuntur.) 4. Duratione: nostra mutabilis est, & per peccata mortalia amitti potest; sed Christi est perpetua, & durabit in æternum. 5. Modo, nostra fit mediate & ordinariè per Verbum & Sacramenta; Christi verò ἀμέσως & prorsus extraordinariè.

III. De
Vocabu-
lo Perso-
næ.

XX. Vocabulum 3. h. in l. usitatissimum, est Persona, quod Hebræi vocant פּוּרָה, que vox propriè significat facies & פּוּרָה respexit, eo quod ex facie de personis solemus iudicare, & forsitan, quòd sint tot facies, quot personæ. Rabini sapius utuntur nomine גּוּרָה quòd propriè notat corpus, synecdochicè verò totum hominem vel personam, unde & Græcis quandoq; σῶμα idem est, quod persona Tob. 10, 10. & σωματικῶς idem quod personaliter. Col. 2, 8.

XXI. Græ-

XXI. Græci vocant ὑπόθεσιν vel ὑπόθεσι-
μον ὑπὸ τῆς ὑπόθεσεως quod est statuere, collo-
care, ideoq; ὑπόθεσις significat id, quod per se
constare potest, alio nomine vocant ἀποσώπιον.

XXII. Latini utuntur voce Personæ, ubi 1. quæri- l. 5. cap. 7.
tur ejus Derivatio. Alsted. l. 2. lexic. Theolog. l. 1. Poet. c.
p. 39. personam dictam putat, quasi per se unam; A. 13.
Gellius à personando deducit, Scaliger verò quasi
ὑπὸ τῆς ὑπόθεσεως dictam censet; Nos vel non derivati-
vam esse; vel ejus Etymologiæ rationem veram ad-
huc latere nondumq; inventam esse arbitramur.

XXIII. 2. Ejus significatio, variaque acce- l. 6. elegant
ptio. Valla contendit, personam duntaxat signi- c. 35. idem
ficare qualitatem, eò quod una eademq; substantia vult Sca-
plures dicatur gerere personas. At fallit & fallitur lig. l. 3. de
Valla, omnesq; qui eum sequuntur. Nec n. desunt e- causis ling.
xempla, tam profanorum, quàm sacrorum auto- lat p. 108.
rum, quibus persona, idem est quod substantia sin-
gularis intelligens, & præsertim homo; ita Cice- l. 2. de Ora-
ro. Plinius junior, Quintilianus, Valerius, Maxi- tore epist.
mus scribunt; Icti quoq; omne jus, vel ad personas, 305. l. 7. c. 1
vel ad res, vel ad actiones dirigunt. Sic 2. Cor. 1, 11. l. 2. c. 21.
multæ personæ, pro multis hominum individuis, &
Heb. 1, 3. filius character personæ Patris dicitur.

XXIV. Porro vocabuli hujus significationes præ-
cipue sunt tres 1. accipitur Politicè pro attributis
hominis sive externis sine internis, animi vel corpo-
ris, ideoq; huc referuntur dignitates, opes, genus, pa-
tria, &c. Sic 2. Cor. 5, 12. Comicè, quando in Thea-

A S tris

**L. 2. de O-
ratore.**

trīs personae dicuntur, quicunq; personas certas re-
praesentat, quo sensu Cicero dixit: sustineo unus
tres personas, meam, adversarij, judicis. 3. Philo-
sophicè quæ duplex. 1. Abstractiva & Formalis no-
tatq; ipsam ὀπαρξιν subsistentiam vel personalita-
tem. 2. Concretiva & Materialis, quo sensu per-
sona est naturæ rationalis individua, incommuni-
cabilis perfectæ substantia, quæ non in alio susten-
tatur, sed per se subsistit, ad aliud etjam dependen-
tiam non habet. Græci dicunt succinctè ὑπόστα-
σιν esse ὀπιστάμωρον νοεργον. Ein selbständiges
und verständiges Wesen.

XXV. Prout verò Philosophi sic Theologi vocem
personae accipiunt, & quidem ijs tria potissimum
denotat: 1. ὀπαρξιν vel subsistentiam, quæ licet
in divinis ab ὁσια re non differat, ratione tamen
sic distinguitur, ut λόγος in suam ὀπαρξιν su-
scipisse dicatur carnem, ubi quædam ponitur distin-
ctio inter assumentem λόγον, & ejus subsisten-
tiam, quæ assumptionis terminus est. 2. Simplicem
ὑπόστασιν, unicâ tantum naturâ constantem.
3. ὑπόστασιν compositam, in duabus naturis sub-
sistentem.

**De IV.
Vocabu-
lo Unio-
nis.**

XXVI. Superest 4. vocabulum h. in l. usurpari
solitum, quod est Unio. Uniri verò nihil aliud est
quàm copulari ideoq; Unio est plurium rerum co-
pulatio, quâ illa sunt aut fiunt unum.

XXVII. In quâ Conjunctione semper s. spectan-
da. 1. Res vel τὰ uniendz. 2. Actio Unientis. 3. Sta-

tus unionem consequens. 4. Unitas rei. 5. Unionis
Modus, quales cum variis ab alijs referantur, nos
materie huic servientes paucissimis videbimus.

XXVIII. Omnis ergo Unio est vel extraordinaria
& supernaturalis, vel Ordinaria & communis. Illa
est vel Personarum, vel naturarum vel rerum.

XXIX. Unio Personarum supernaturalis est qua-
druplex. 1. Principalis, quâ Personæ Trinitatis u-
num sunt. 2. Socialis, quâ Angeli & Beati conspi-
rant. 3. Spiritualem, quâ Deus & fideles invicem u-
niuntur. 4. Ecclesiastica, qua fideles unitate Spiri-
tus & mentis in Christo unum sunt.

XXX. Unio ὁπτερ φύσιν naturarum est singularis
ille concursus, divinæ & humanæ naturæ in Christo.

XXXI. Unio supernaturalis rerum, est duarum
rerum singulari ordinatione divina copulatio, dicta
Sacramentalis.

XXXII. Unio ordinaria & naturalis, est vel Sub-
stantialis vel Accidentalis, quæ cum abunde in libris
compendiariis tractentur, eod. lectorem benev. remit-
tere, quam actum agere malimus: subnectemus po-
tius hereticos doctrine hujus veritatē impugnantes.

XXXIII. Quorum duos exercitus in Ecclesiæ cam-
pum producimus, alterum Veteres complectentem
alterum Recentes.

XXXIV. Prioris generis sunt. 1. Ebionitæ & Ce-
rinthiani omnesq; ij, qui divinitatem Christi ne-
garunt, cujus farina sunt & Phantastici, qui ve-
ram humanitatem Christo detraxerunt, ideoq; per
unius naturæ negationem, ipsam unionē sustulerunt.

2. Sa-

Caput II.
continēs
Catalogū
tñs veteris
doctias.

2. Samosatreniani qui duas naturas in Christo
divisim se habere docuerunt. 3. Apollinari-
stæ qui Unionem λόγῳ & carnis ita factam esse di-
xerunt, ut aliquid λόγῳ conversum fuerit in car-
nem, atq; sic Verbum non ex Maria virgine assum-
pisse carnem, sed aliam induisse naturam, quæ per
illam conversionem extiterit, censuerunt. 4. Ne-
storiani, qui naturas dividentes, duas personas,
duosq; Christus fecerunt. 5. Eutychniani, qui post
unionem, naturam humanam à divina absorptam
& in divinam quasi mutatam docuerunt. 6. Mono-
Phύσιται qui Christum ex duabus naturis consta-
re quidem crediderunt, in ijs tamen subsistere cer-
tarunt. 7. ΑκρίΦαλοι, qui naturas in Christo sal-
vas quidem concesserunt, sed proprietates earundem
omnino confusas esse contenderunt. 8. Μονοθελί-
ται, qui duas etiam in Christo naturas passi-
sunt post unionem, sed unam tantum in illo voluntatem,
eamq; non nisi divinam agnoverunt. 9. Acciden-
tarij, qui statuerunt: λόγῳ humanam naturam,
non aliter ac si quis vestem simpliciter induet susce-

Scotus. Oc-
cam, Ga-
briel in
terc. dist. 1.
quest. 1.
pisse. 10. Scholastici qui censuerunt: unionem per-
sonalem factam esse per aliquod accidens realiter
distinctum à natura humana, & à verbo quod in
sit in humana natura, sitq; quasi vinculum necens
utrumq; extremum.

XXXI. Recentiorum classes 4. constituimus,
in 1. sunt Calviniani, qui unionem personalem
per sustentationem humanæ naturæ in λόγῳ ad-
coq;

eoq; per ὁμοίωσιν tantum aliquam cum Nesto-
rio definiunt. In 2. Jesu vitæ, qui eosdem dum
Calvinistarum errores tuentur, vaticinium Lu-
theri de ipsis positum implent: futurum tandem in ciliis
Papatu, ut Nestorianismus invalesceret. In 3.
Photiniani moderni, qui unionem hanc pu-
rum putum figmentum & fabulam anilem voci-
tant. in 4. Vorstiani qui per ἐνωσιν hanc tantum
divinitatis aliquem influxum vel illapsam in hu-
manitatem intelligunt.

XXXVI. Hisce omnibus verum opponimus & or-
thodoxam confessionem: Dominum nostrum cōtinens
Jesum Christum, licet Deus & Homo sit, genera-
non duos tamen, sed unum tantum Chri-
stum esse, non confusione substantiæ, sed onis per-
sonalis unitate personæ. Fidem hanc 1. Scriptura di-
ctis. 2. Ecclesiæ symbolis. 3. Conciliorum suffragiis, κατὰ σκε-
& 4. Patrum testimoniis stabilientes. υῆν seu
probati-
onem.

XXXVII. 1. Dictis. 1. vel Incarnationem λόγος
describentibus, qualia leguntur Esa. 9, 6. Jerem.
23, 6. Mich. 5, 1. Johan. 1, 14. Col. 2, 6. 1. Tim.
3, 16. quæ disput. 3. Membr. 1. explicuimus, & ex
quibus jam ita colligimus. Qui est incarnatus, ille
carnem verè assumpsit, & consequenter, cum car-
ne verè est unitus. Atqui λόγος vel filius Dei verè
est incarnatus, carnem igitur verè assumpsit, &
consequenter cum carne verè est unitus. Majoris
consequentia firma est, quia incarnari vel carnem
fieri

feri juxta Scripturam, non est in carnem mutari,
sed carnem potius assumere, juxta Hebr. 2, 14. 16.
-no 2eb. di quo' et jam a nonnullis refertur locus, Hebr. 10,
-nili vers. 5.

XXXIIX. Vel 2. dictis quibus Christus & Deus
& Homo dicitur, de quacunq; enim persona prae-
dicantur diversae naturae, in illa istas unitas esse oportet,
si tales praedicationes falsitatis argui non debeant.
Sed de Christo uno praedicantur diversae natura,
quia dicitur esse Deus & Homo, filius Dei &
filius Hominis, atq; ita quidem dicitur ut homo ille,
III quod qui Christus est verè & proprie sit Deus, & vicissim
anoniõ Deus ille verè & proprie sit homo, juxta Jerem.
-22 23, 6. Matth. 16, 13. 16. Luc. 7, 36. Johan. 9,
-inu 35. 1. Cor. 15, 48. quare utramq; illam naturam
in una Christi persona verissime unita esse oportet.

XXXIX. Vel 3. Dictis, quibus unum duntaxat
esse Christum & Redemptorem asseritur, talia leguntur
Eccles. 12, 13. Ezech. 34, 23. Matth. 23,
8. Rom. 5, 15. 1. Cor. 8, 6. Gal. 3, 16. Eph. 4, 5.
1. Timoth. 2, 5. hinc verò sic argumentamur:
Christus unus est aut dicitur propter naturam unam
aut propter unam personam; sed non propter naturam unam,
quia ipsum constare gemina, & esse verum Deum,
verumq; hominem supra probavimus.
Quare unus est propter unam personam, & per consequens
duae naturae in Christo personaliter sunt unitae.

XL. Vel

XL. Vel 4. Dictis, quibus opposita attributa de uno Christo predicantur. Nam dicitur eternus Mich. 5, 2. & Creator mundi Joh. 8, 58. & nihilominus in tempore dicitur conceptus Luc. 1, 31. natus c. 2, 7. factus ex muliere Galat. 4, 4. hujusmodi predicationes, ut quod sit immortalis & mortalis infinitus & finitus, omnipotens & infirmus, invisibilis & visibilis, omnia habens, & nihil possidens &c. multa reperiuntur passim in Scripturis ex quibus ita concludimus: Cuicumque vere divina & vere humana propria tribuuntur reipsa; in illo duas naturas divinam & humanam arctissime unitas esse oportet, cum divina non nisi de Deo vero, & humana, non nisi de homine vero predicentur. Sed uni personae Christo, vere divina & humana propria tribuuntur reipsa. E. in una persona Christi duas naturas esse oportet.

XLI. Vel 5. Dictis, communicationem Idiomatum indicantibus, saepe enim filio hominis tribuuntur divina, ut: descendere de caelo, & in caelo esse. Johan. 3, 13. itemque filio DEI tribuuntur humana, ut interfici, Actor. 3, 14. Crucifigi, 1. Corinth. 2, 8. &c. Haec predicationes omnes forent false & absurdae, nisi duae naturae in Christo essent personaliter unitae. Quomodo enim de homine divina, & de Deo humana vere possent enunciari, si Deus & homo non una eademque simul esset persona.

XLII. 2:

16. XLII. 2. symbolis Ecclesiasticis. *Apo-
stoli enim in suo Symbolo profitentur, filium Patris
unicum. Patres Niceni credunt in unum Dominum
Iesum Christum. Athanasius expresse docet, non
duos sed unum esse Christum non confusione sub-
stantie, sed unitate personæ.*


XLIII. 3. Conciliorum suffragiis, vide Ephesin:
Can. 2. Chalcedonens. act. 5. generali c. 5.

XLIV. 4. Patrum testimonijs vide Tertull.
*adversus Praxean. Iren. l. 3. c. 17. Cyrill. Hierosol.
Catech. 11. Nazian. epist. 1. ad Cledon. Hilar. l. 9.
de divin. Ambros. l. de Incarn. cap. 7. Damasc. l. 3.
cap. 3. Chrysost. in cap. 1. Iohan. hom. 10. Augustin. l.
13. de Trinitat. c. 17. Gregor. l. 28. moral. c. 36. sed
manum de tabula. Jesu Christo, qui est quod
erat, neque erat, quod est nunc tamen u-
trumque, sit laus, honor & gloria
in sempiterna secula,*

AMEN.


FINIS.





Bald
C
E
S





B.I.G.

Farbkarte #13



SOLOGIAS SACRÆ
 Disputatio Sexta.

DE
 RUM NATU-
 N CHRISTO UNIO-
 neratim considerata.

Quam
 annuente Θεανθρώπω

SUB PRÆSIDIO
 HASARIS MEISNERI
 S. Theol. D. & P. P.
 Collegio examinandam
 proponit

N: JACOBUS WAGNER
 Ulmensis Suevus.
d. 13. Xbris, horis pomeridianis
in minori Auditorio.

⦿(✝)⦿

ITTEBERGÆ,
 JOHANNIS GORMANNI,
 NO CLC LC XXI.